

seculi, quando consummabitur messis bonorum et vindemia^o malorum¹³⁸.

[De^p quinto ordine generalis ecclesie et de hiis, que fient circa finem vel in fine mundi^p] Quintus ordo ecclesie est^q generalis^{r139} communem^s vitam ducentium; qui videlicet ordo, quia partim in ecclesia partim in cenobiis^t agitur, templo simul^u et tabernaculo¹⁴⁰ designatur. Templum utique^v designat^w ecclesiam propter soliditatem fidei, tabernaculum vitam cenobiticam eo, quod non habeant^x hic *manentem* hereditatem^y, *sed futuram* inquirunt^{z141}. Superius vero^a dictum est, quod *in conspectu* throni sit quasi *mare vitreum simile cristallo*¹⁴². Sedes dei^b ipsa est que et^c templum, ipsa que^d et^e tabernaculum. Unde et^f hic de mari vitreo^g mentio facta est, quod scilicet mare *mixtum*^h diciturⁱ esse^k *igne*¹⁴³, quia^l mare eneum¹⁴⁴ plenum aqua. In^m eneo namque mari vita activa^m, que decet^{no} predicatorum, designatur^p, in vitreo vero vita speculativa, que propria est eorum, qui in claustris morantur. Qui ergo^q *vicerunt^r bestiam et imaginem eius et numerum nominis eius*^{s145}, super mare^t istud^u consistunt^v, quia^w qui volunt esse perfecti, necesse est, ut contempnentes vitam carnis bestiam vincant et fugientes peccata criminalia imaginem superent et multitudinem vitiorum caventes numerum vincant. *Numerus*, inquit^x, *hominis est et numerus eius est^y sexcenti^z sexaginta sex*¹⁴⁶. Certitudinem^a huius numeri modo querere supersticiosum¹⁴⁷ existimo, quia obscuritas in eo aliqua esse potest, que sciri non poterit^b nisi in tempore illo, in quo bestia regnabit. Sufficit nobis nunc

o) viridemia E. p-p) fehlt ABCE. q) fehlt E. r) generaliter C. s) omnem E. t) cenobio B. u) fehlt similis D. v) itaque B. w) significat DE. x) habent D. y) civitatem D. z) inquirant B. a) fehlt AC. b) folgt que est tronus dei D. c) fehlt B. d) etiam DE. e) fehlt B. f) fehlt E. g) fehlt D. h) mixtum C. i) dicimus B. k) fehlt E. l) et DE. m-m) fehlt E. n) fehlt D; docet AC. o) folgt Christi D. p) designat DE. q) igitur B. r) vicerint D; vicerit E; vincunt AC. s) fehlt AC. t) fehlt DE. u) istum E. v) consistit DE. w) fehlt B. x) folgt eius BDE. Die Vorlage dieser Textüberlieferung kann enim enthalten haben (Apoc. 13,18). y) fehlt AC. z) folgt et DE. a) folgt vero AC. b) potuerit AC.

¹³⁸) vgl. Apoc. 14,14–20.

¹³⁹) vgl. Z. 378 ff., 402; Enchiridion Z. 2557 ff. (f. 77^r).

¹⁴⁰) vgl. Apoc. 15,5.

¹⁴¹) vgl. Hebr. 13,14.

¹⁴²) Apoc. 4,6.

¹⁴³) Apoc. 15,2.

¹⁴⁴) vgl. 4 Reg. 25,13; Ier. 52,17.

¹⁴⁵) Apoc. 15,2.

¹⁴⁶) Apoc. 13,18.

¹⁴⁷) vgl. Z. 398.